

Spero Dn. Warendorf mihi allaturum phialam sed nescio an venturus sit ante festum. Forte enim die Veneris ibo Guelfebytum aut Brunsvigam. Sed significabo.

His ascriptis venit Dn. Warendorp, sed phialam expectatam, in qua experimentum jam sumseras, non attulit.

5 Ego cras discedo hinc, Guelfebyti festos dies acturus; rogoque ut phialam transmit-
tas Brunsvigam nam quantum ex Schmidianis et Tuis intellexi, experimentum sic satis
successit.

6 thaleros, ut voluisti, Dn. Warendorpius secum afferet, Vale festum laetus age, et
Dn. Abbatem a me saluta. D^{no} Lautensack et D^{no} Coch alias scribam.

10 Tuus G. G. L.

Dabam Hanoverae 25 Martii 1701.

228. JOHANN BERNOULLI AN LEIBNIZ

Groningen, 26. März 1701. [219. 233.]

15 **Überlieferung:** K Abfertigung: LK-MOW Bernoulli20 Bl. A34–A35 [früher: LBr. 57,2 Bl. 34
bis 35]. 1 Bog. 4°. 3 S. Am Kopf von Leibniz' Hand: „resp.“ — Gedr.: 1. GERHARDT, *Math.*
Schr. 3,2, 1856, S. 654–655; 2. ORIO de Miguel, *Obras* 16B, 2011, S. 641–642 (span. Übers.).

3 His ascripsit L, korr. Hrsg.

1 festum: Ostersonntag war am 27. März 1701. 2 die Veneris: am Karfreitag, den 25. März 1701. 5 discedo: Leibniz fuhr erst Anfang Mai zunächst nach Celle, dann nach Wolfenbüttel. 6 ex Schmidianis: vgl. J. A. Schmidts Schreiben an Leibniz vom 18. März 1701 (I, 19 N. 266). 8 voluisti: vgl. N. 224. 8 afferet: vgl. aber den Anfang von N. 232. 9 D^{no} Lautensack: vgl. N. 221 Erl. 9 D^{no} Coch: vgl. C. D. Kochs Schreiben an Leibniz vom 18. März 1701 (I, 19 N. 265). Die Beförderung von Leibniz' Antwortschreiben vom 13. Mai 1701 (I, 19 N. 366) erfolgte über Wagner.

Zu N. 228: Die Abfertigung antwortet auf N. 219 und wird beantwortet durch N. 233. Beigelegt waren mehrere Exemplare eines Flugblatts mit der *Parodia in hymnum, Dies irae dies illa*, [1701], (vgl. N. 219) und einer Gegenparodie *Altera editio a mendis castigata*, [1701], von Bernoulli (nachgedr. in: PERTZ, *Werke* 4, S. 327–328). Den Druck hatte Bernoulli veranlasst. Ein Exemplar befindet sich noch in Leibniz' Nachlass (LH V 4,3 Bl. 121a). Leibniz sandte das Flugblatt an einige seiner Korrespondenten weiter; vgl. I, 19 N. 296 u. N. 297.

Vir Amplissime atque Celeberrime Fautor Honoratissime

Audivi Parisiis fratrem meum sese accingere ad iter in Galliam ut ipse suam sui problematis analysin praesentet Academiae et simul adsit reserationi et examini mei scripti quod sigillo obsignatum Secretario transmiseram tum demum aperiendum cum frater suum exhibuisset. Interim de hoc itinere, nihil prorsus mihi scribitur ex patria. 5

Rescripsi tamen Parisios ut mihi meum scriptum remittatur manu et sigillo Secretarii munitum, quod statim ac frater meus suum exhibuerit rursusque ex Gallia abierit pro secunda vice missurus sim; non enim aequum esse causabar, ut me absente pars adversa sola audiat, ideoque examen scriptorum nostrorum instituendum esse aut utroque aut neutro praesente. Vides quanto molimine haec omnia peragenda sint. Gratum est quod 10 offers testimonium tuum et tanto gratius quidem quanto maturius prodierit.

Audio Hermannum Auctorem illius libelli meditari iter ad Batavos, quo me conveniendi copiam habebit; forsitan inter revertendum etiam Te adibit. Quod frater meus et Battierius culpam fuerint deprecati, facile Tibi persuadebis quod id non fecerint poenitentes sed metu majoris poenae, quod vel exinde conjicere potes quod ex eo tempore 15 frater nullam non occasionem mihi nocendi captaverit.

Quamprimum antliam meam pneumaticam (quae per totam hyemem ab usu quievit) iterum accommodavero, etiam pro Te praeparabo vasculum cum phosphoro. Interim indica mihi quaeso viam mittendi.

Gratias ago pro exemplis *parodiae* illius *Leodio missae*; remitto ecce aliquot exemplaria ejusdem parodiae cum adjuncta retorsione, quam post primam parodiae Lectionem ex tempore adjeci: eam cum nonnulli ex amicis quibus ostenderam lepidam satis putassent, 20 suasu eorum typis mandavi; quocirca rogamus Te ut suppresso Auctoris nomine unum alterumque exemplar ad eundem illum amicum qui priora miserat mittere velis

2 Audivi: vgl. Varignons Brief an Joh. Bernoulli vom 27. Februar 1701 (Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 2, S. 268–270). Jacob trat die Reise nicht an (vgl. N. 240), denn er wurde von Varignon darüber informiert, dass Johann seine Lösung zurückgefordert hatte; vgl. Varignons Brief an Joh. Bernoulli vom 24. März 1701 (*ebd.*, S. 271–281). 4 scripti: Joh. BERNOULLI, *Solutio problematis isoperimetricorum* (III, 7 N. 206). 4 transmiseram: mit einem nicht gefundenen Brief an Varignon wohl vom 22. Januar 1701; vgl. Joh. Bernoullis Brief an L'Hospital vom selben Tag (Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 1, S. 370–375, insbes. S. 373). 6 Rescripsi: Brief nicht gefunden; vgl. aber Fontenelles Antwortschreiben vom 23. März 1701 (Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 2, S. 270) und Varignons Brief an Bernoulli vom 24. März 1701 (*a. a. O.*). 11 prodierit: vgl. N. 261. 12 libelli: J. HERMANN, *Responsio ad . . . Nieuwentiit Considerationes secundas*, 1700. Zu der Reise, die Hermann zwar über Groningen, aber doch nicht über Hannover führte, vgl. auch N. 240, S. 614 Z. 11 f. 14 culpam: vgl. N. 214.

ut redeat ad Leodiensem Auctorem hicque videat se non solum esse qui nugari possit si
 nugandum est. Sunt qui putent eum esse vel pessimum Jesuitam qui ex furore in nostros
 id scripserit, vel optimum Reformatum qui *stertentes nostros* ut ais *expergefacere* volue-
 rit. Quisquis sit, tempus docebit annon ego verior sim vates: Accepimus heri secretiora
 5 quaedam Hagae peracta inter Comitem Avausium et nostros quae non ad votum Galli
 procedent nobis vero omnem securitatem promittunt. Nostri enim in pignus securitatis
 decem fortissimas postulant partim urbes partim arces Belgii Hispanici, in quas sua sola
 collocent praesidia, pro Anglis petunt Neoportum et Oostendam; et tandem pro Caesare
 aequam satisfactionem (in qua autem illa consistat non dicitur) in quod nisi Galli et
 10 Hispani mox consenserint, se armorum vi quod justum est quaesituros minitantes. Unde
 vides in nostris regionibus adeo non esse illum terrorem panicum quem parodiae auctor
 sibi imaginatur, ut Gallus potius ab istis sibi leges praescribi videat. Vale

Ampl. T.

Deditissimus

J. Bernoulli

Groningae d. 26 Martii 1701.

15 229. RUDOLF CHRISTIAN WAGNER AN LEIBNIZ

Helmstedt, 29. März 1701. [227. 232.]

Überlieferung: K Abfertigung: LBr. 973 Bl. 92–93. 1 Bog. 4°. 3 S.

3 stertentens K, korr. Hrsg.

5 peracta: zum Folgenden vgl. *Monatlicher Staats-Spiegel*, Apr. 1701, S. 83–91, sowie allgemeiner zu den Verhandlungen des französischen Gesandten Jean Antoine de Mesmes, Comte d'Avaux, mit den Generalstaaten der Vereinigten Niederlande in Den Haag von Februar bis August 1701 um die spanische Erbfolge *Theatrum Europaeum* 16, 1717, S. 259–280. 7 postulant: vgl. das Memorial der Generalstaaten vom 22. März 1701 (*ebd.*, S. 264 f.). 8 petunt: vgl. das Schreiben des englischen Abgesandten in Den Haag Alexander Stanhope vom 22. März 1701 (*ebd.*, S. 265 f.).

Zu N. 229: Die Abfertigung antwortet auf Leibniz' Schreiben vom 25. März 1701 (N. 227) und wird beantwortet durch Leibniz' Schreiben vom 4. April 1701 (N. 232). Beilage war ein Brief Wagners an den herzogl. Sekretär in Wolfenbüttel Heinrich Julius Behm, dem außerdem ein Schreiben Wagners an den Kanzler Ph. L. Probst von Wendhausen beilag (beide Schreiben nicht gefunden).